Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium quartum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

tur poni unitio, sed haec gtio non e addita
supra. imo plane reiecta. q[uo]d.
R. Potentia dici coordinatio praedicabilium
non q[uia] illa sola coordinent ibi, sed quia illa simul
cum suis subiicibilibus coordinant. haec a.
non sunt unitio ut patet in individuis.
Ex quo et solvitur aliud argumentum quo probari
solet individua non posse poni in potentia,
quia non sunt praedicabilia. R. Licet individu-
dua non sint praedicabilia sunt tamen subiici-
bilium de quibus supra opter potentiae. et
hoc sufficit ut ponantur in potentia. Nam si
dicas omnia individua debere poni, non
n. e. maior ratio unius quam alterius. R.
Ad potentiam sufficere si unicum individuum
ponatur. imo possunt et poni omnia et ordinari
non in ordine ad se, sic n. forte sunt infi-
nita. sed in ordine ad sua superiora.

Dubium Quartum.

Qua ratione Decem Praedicamenta

deb

debeant inter se distingui, et utrum habeant supra se aliquam rationem genericam?

Ad resolutionem primi quaesiti revocanda sunt in memoriam ea, quae supra in tractatu unitivum de distinctione eiusque variis speciebus dicta sunt. Et quamvis hoc quaesitum cuiuscumque perfectionis poterat moveri et solvi, non tamen erit abs re hic in loco de distinctione perfectionum inter se breviter aliquid dicere. Super re variae sunt doctorum sententiae, quidam enim asserunt omnia perfecta distingui inter se realiter. Alii autem econtra statuunt ea non distingui distinctione reali, sed distinctione tantum rationis ratiocinatae. Pro resolutione sit,

Conclusio Prima.

Non

Non est necessarium quod omnia praedicamenta distinguantur realiter ab invicem licet aliqua id habeant, sed sufficit, ut reperiatur distinctio rationis ratiocinatae. Haec est prima. Probatur. Actio et passio ostensa sunt duo diversa praedicamenta et tamen sunt eadem res, minimeque realiter distinguuntur, ut alibi videbimus. Ergo non est necessaria realis distinctio inter omnia praedicamenta. Et ex hoc patet et 2a pars conclusionis. Si enim praedicamenta distinguuntur inter se per membra divi dentia opposita et non realiter, ergo distinguentur per rationem. Sed non per rationem ratiocinantem tantum, quia praedicamenta ens dividunt per diversas formalitates, et omnia praedicamenta accidentium sunt diversa ratione seu habitudine ad primam substantiam. Ergo distinguentur per rationem ratiocinatam cum aliquo illo fundamento in re.

Conclusio secunda.

Decem praedicamenta non habent supra se aliquam rationem genericam, bene tamen analogicam. Patet conclusio quoad primam partem. Si decem praedicamenta haberent supra se aliquod genus illud esset ens, sed ens neque est genus, ergo nullum habent supra se genus praedicamenta. Minor patet, quia nihil aliud potest excogitari quod supra se habeant. Probatur minor. Quia genus

est extra

e extra essentiam suam distinctam ut supra probatum, sed ens non e extra quidditatem distinctam sed intime ea illis includitur, quia non pt esse genus. probatur mi. quia cuique gradui generum quantumcumque abstractus includit genus, unde nulla pt dari differentia quae contrahit ens sicut ratio v.g. contrahit animal, ergo ens non potest esse genus.

Probatur 2a conclusio. Genera suprema sunt se diversa, sed quae se differunt non sunt omnino re aliqua ratione generica supra se ergo praedicamenta non habent supra se aliquam rationem univocam et genericam.

Ex hoc ipso facile probari potest id quod ultimo in conclusione dictum, scilicet praedicamenta habere supra se, aliquam rationem analogicam, et sic omnia praedicamenta sunt analoga proportionalitatis ipsius entis, quia probatur: analoga proportionalitatis sunt illa quorum nomen est commune, et ratio per nomen significata secundum proportionem eadem, sed omnia praedicamenta habent nomen commune, sunt enim omnia praedicamenta entia, et vocantur talia, et ratio per nomen significatam proportionaliter habent eandem, ergo sunt analoga proportionalitatis et ergo habent supra se aliquam rationem analogicam. Licet praedicamenta supra ut diximus non sint tantum analoga proportionalitatis, sed et attributionis, quia accidentia dicuntur entia

in

in ordine ad substantiam, quae videtur principium analogatum entis.

Dices Verum esse omnia praedicamenta quatenus includunt substantialia et accidentalia non habere aliquam rationem univocam seu genericam supra se, quia substantiae et accidenti nihil est univocum. at caetera 9. praedicamenta accidentium habent rationem genericam supra se nempe rationem accidentis in communi, haec enim univoce praedicatur de omnibus accidentibus. Quod tamen est falsum.

Conclusio Tertia.

Accidens in communi non praedicatur univoce de 9. categoriis neque respectu earum est genus.

Probatur Conclusio. Illud praedicatur univoce et generice quod praedicatur secundum idem nomen, et secundum eandem omnino rationem, sed accidens non praedicatur secundum eandem rationem de 9. categoriis ergo non erit genus respectu earum, nec praedicatur univoce de iis. maior patet. probatur minor. ratio accidentis in quantum accidens alia est in quantitate. alia in qualitate et alia in aliis praedicamentis. ergo accidens non praedicatur secundum eandem rationem de 9. praedicamentis quia non est in illis secundum eandem rationem. et probatur antecedens. Ille modus in quo differt quantitas a qualitate non est substantia. ergo est accidens. ergo ratio accidentis in ipsum accidens

dens alia a ni qualitate alia ni quantitate
ergo non potest univoce de illis, quia ut ratio uni
vocam petit, ut ex parte illius, nulla sit
variabilitas, ut patet in entis resp: hominis
et bruti. Pro huius rationis intelligentia notandum quomodo
vocatio rationis communis debeat desumi in ordine ad infe
riora ita ut ad hoc quod aliqua ratio communis dicatur
univoca non sufficiat, ut in communi nulla includat
dat differentiam, aut inaequalitatem, sed petitur
alterius, ut inferioribus conveniat univoce,
hoc est, absque ulla diversitate quod in ipsamet
ratio communis exerceat quatenus ad inferiora descen
dit. cuius rei clarum exemplum habemus in ratione en
titis, quod ideo est univoca quia eadem communis ratio
entis est quod in homine et quod in equo reperitur. Ratio
quare univocatio debeat desumi in ordine
ad inferiora, est, quia univocatio est proprietas
propria rationis univocis, unde a fortiori desumitur in
ordine ad inferiora ut superius dictum fuit.
Cum ergo ratio accidentis in communi non sit eadem
in suis inferioribus sed in ipsa fiat variatio
non erit univoca resp: praedicamentorum.
Dices contra hoc. Diversitas rationis communis in infe
rioribus non impedit univocationem, ut diximus
supra de analogia inaequalitatis; ergo haec
doctrina falsa est? Respondeo ens. ait diversimode
est in homine et in equo, et tamen resp. est univocum, quia
genus ut omnes habent tantum in suis inferioribus
diversitatem et inaequalitatem. Ergo diver
sitas

sitas rnis entis in inferioribus non tollit univoca-
tionem. maior patet ex dictis, et minor certa-
rum est quia univoce recipit sua inferiora.
R. Distinguendo duplicem modum quo ratio in
inferioribus entis, pt esse diversa. primo, quod
diversitas tenet se tantum ex parte differentiae cum
qua ratio entis jungitur in inferioribus; non vero
exercet in ipsamet ratione formali rationis entis; et haec
diversitas non impedit univocationem, quia in
tali casu ratio entis est omnino eadem, et tantum dr
diversa, quatenus ipsum compositum in quo jun-
gitur cum differentia est diversum ratione talis differentiae. ut
videre est in animali resp: hominis et leonis. Secundo
modo est, quod diversitas exercet in ipsamet
formalissima ratione entis; et haec diversitas
tollit univocationem in ratione entis, quia efficit, ut
eadem formalissima ratio sit diversa in
suis inferioribus; et hoc modo exercet diver-
sitas in ratione entis accidentis resp: suorum
inferiorum. ipsa n. ratio formalis accidentis in
entis diversimode se habet in quantitate
et qualitate, ita ut diversitas exerceat
et teneat se ex parte ipsius rationis entis acci-
dentis; et non tantum ex parte alicuius differentiae,
unde et habet quod sit analoga et nullo modo
univoca.

Obiicies 3o Contra haec, ad probandum
sc. omnia praedicata esse eadem realiter inter
se. Si aliqua praedicata distinguerentur
inter se realiter oportet omne praedicatum subiecta

et praedicata

et petenta alia accidentium, sed haec non distinguunt realiter inter se. ergo nulla different hoc modo. mai: patet; probatur min: illa quae differunt realiter, possunt a parte rei ab invicem separari, sed substantia non potest separari ab accidentibus. ergo substantia et accidentia non differunt realiter. ergo nec praedicamenta in quibus haec collocantur. mai: constat ex eo, quia certum signum distinctionis realis est posse separari realiter ab invicem, min: est etiam clara; nulla siquidem vi potest substantia a parte rei quae sit denudata ab accidentibus.

Rx. Concedendo ma: et negato min. ad probationem eius dices negando mai: falsa nam est illa propositio quae ait, illa distingui realiter inter se, quae possunt ab invicem separari. in sententia n. S. Thomae materia prima differt realiter a formas, et tamen per nullam omnino potestatem potest materia prima existere sine forma, aut ab illa separari. Deinde dicitur hic quaedam accidentia sunt inseparabilia a substantia ut supra dubio de accidentibus etc. tum quia tamen multa sunt accidentia quae possunt realiter ab ea separari, quare negatur illa min: quae adstruebat substantiam non posse separari ab accidentibus saltem ab aliquibus, et consequenter negatur intentum argumenti; etiam si praedicamenta esse eadem realiter. si namque substantia ab

ab aliquibus accidentibus potest separari, et eademque
ab invicem possunt separari distinguuntur reali-
ter clare inferendo ex ipso argumento, aliqua saltem
praedicamenta distingui realiter inter se.
Obiicies 2o. Ad probandum omnia praedicamenta di-
stingui realiter inter se. Illa distinguuntur
realiter quae habent distinctam entitatem, sed
omnia praedicamenta habent distinctam entitatem. ergo
omnia praedicamenta distinguuntur realiter. probo mi-
norem: patet: omnia praedicamenta habent distinctam praedi-
cabilitatem, sed distincta praedicabilitas supponit
distinctam entitatem. ergo si praedicamenta habent di-
stinctam praedicabilitatem habent et distinctam
entitatem.
R. Admittendo mai: et distinguendo min.
omnia praedicamenta habent distinctam entitatem reali-
ter nego min: formaliter concedo min. Solum diver-
sum sc: respectu ad substantiam primam, hic n.
diversis respectibus fit per rationem cum fundamento in re
ut patet in actione et passione quae duo consti-
tuunt diversa praedicamenta, et tamen dicunt ean-
dem entitatem motum, quae realiter sunt,
non a. formaliter. eadem siquidem entitas
in quantum consideratur ut quid egrediens a substantia
constituit praedicamentum actionis; in quantum vero conside-
ratur eadem entitas ut quid receptum in subiecto,
constituit praedicamentum passionis. Ad probationem min. dices.
verum esse omnia praedicamenta habere distinctam praedicabilitatem,
sed minime esse distinguendam, distinctam praedica-

bilitas

bilitas requirit distinctam entitatem realiter nego, mi: fatter
sine setm aliam formalitatem quidem mi.
et cum haec distinctio entis reperiatur in alis
quae praedicatis, illa habebunt suas distinctas
praedicabilitates, circa quam obiter nota, numerum praedicatorum desumi ex diverso modo
praedicandi de quo sutisto, et quia decem modis contingit aliqua praedicata enuntiari de illa
hinc 10. numerantur praedicata. Et quot sunt
sunt praedicata, tot praedicabilia, sed tum
sunt 5. praedicabilia. ergo tum et erunt 5. praedicata.
Rx. Falsum esse mai: quia numerus praedicabilium
petitur ex numero inferiorum de quibus illa 5.
unitur praedicantur, et quia tum sunt 5. genera inferiorum, ideo tum erunt praedicabilia. at
vero numerus praedicatorum ut dictum, ex alio
capite desumitur. /.

Obiicies 3o. Ad probandum dari aliquam rationem
genericam resp. 10. praedicatorum. Omnia praedicata conveniunt in ratione entis completi, sed ratio entis completi est univoca et generica. ergo praedicata habent aliquam rationem eorum univocam et genericam.
ma: patet ex conditionibus supra assignatis, ni quibus
diximus tum entia completa esse ponenda
in praedicatis. ptr min. ratio entis completi non
clauditur in ultimis differentiis suorum inferiorum.
ergo est ratio generica, consequentia patet, ideo n. supra diximus ens non posse esse genus, quia clauditur in

pag: 631.

in ultimis differentiis omnium rerum. patet antecedens. differentiae inferiores sunt entia incompleta. ergo ratio entis completi non clauditur in illis.

R. Certo etiam potentia convenire in hoc quod habeat entia completa. negatur tamen minor quod scilicet ratio entis completi sit univoca et generica respectu supremorum generum, cuius ratio haec. Si n. suprema genera haberent aliquam rationem genericam supra se in qua convenirent, et haberent differentias in quibus non includeretur illa ratio communis, iam illa genera non essent suprema genera, nec se totis differrent cum convenirent in aliqua ratione univoca et generica. Quod non essent suprema genera patet, quia haberent aliud genus supra se ut supponunt contrarii. Quod et nec se totis differret, et constat. ratione. homo et leo non se totis differunt, quia conveniunt in aliqua ratione generica. ergo si suprema genera haberent supra se aliud genus, non se totis differrent. Deinde et si suprema genera componerentur ex genere et differentia iam non essent illa altissima in compositione metaphysica ultima fieret resolutio, quia illa item essent resolubilia in genus et differentiam, et illud genus item in aliud; non n. est maior ratio unius quam alterius, et sic procederetur in infinitum, quod est absurdum. ergo debemus tamen sistere in aliquibus quae sunt in resolubilia et non composita ex genere et differentia extrinseca, et talia sunt suprema genera. Ad 2 a. quod probat argumentum

rationem

raem entis completi esse genericam, qa non
includitur in ultimis differentiis inferiorum. Q.
Quamvis licet ratio entis completi non trans-
cendat differentias generum inferiorum mediatorum,
transcendit tamen differentias generum supremorum
q sufficit ut non dicatur ratio generica, sed
ptr hoc unica rat. Ultimus modus substan-
tiae q se claudit essentialiter genus generalissi-
mum substantiae, sed substantia qua genus genera-
lissimum est ens completum cum sit substantia
completa; ergo ultimus modus substantiae constitutivus
claudit in se rationem entis completi,
sed ratio entis completi est quod transcendens
modos seu differentias ultimas supremorum
generum. ptr maior: genus generalissimum
substantiae nil aliud dicit quam ensque se sub
ultimus modus substantiae constitutivus est ens q
se cum sit aliquid substantiale, et non in
alio, ergo genus generalissimum substantiae q
est ens completum, clauditur in ultimo modo
substantiae constitutivo.

Obiicies 7º. Ratio accidentis
ptr sortitur idem nomen et sortitur eandem
rationem de 9 praedicatis. Ergo erit ratio univo-
ca resp: illorum. Conseq. patet ex dictis.
ptr ans. imprimis omnes categoriae acciden-
tium conveniunt in hoc. Similiter sortiuntur
eandem rationem accidentis q ptr. ratio ac-
cidentis est inhaerere subiecto; sed haec ratio

e

e eadem in entibus accidentibus. ergo analogum.
R. Negando ansam; ad probationem dices. Concedo
accidentis rationem esse in haerere subiecto, tamen
hanc rationem esse in entibus eandem; et [illegible]
praeter nec univoca nec generica. quia inae-
qualiter participatur ab inferioribus et cum
magna diversitate, ita, ut in hac ipsa ratione
accidentis exerceatur dupliciter diversitas,
quae diversitas ut dictum est, tollit univocationem
aliud enim modo inhaeret subiecto quantitas. alio
modo qualitas aut relatio.

Pro Complemento observandum praeter ea entium realium praedicamenta posse fieri aliud praedicamentum entium rationis, quia in entibus rationis maxime in relativis et Logicis; Caetera enim entia rationis ad praedicamenta realium possunt reduci, uti privationes. [illegible] sunt fieri quia coordinationes generum et specierum, haec enim est praedicatio generis de specie. Quia intentio generis est unitas fundator. Ergo nihil repugnet quo minus in entibus rationis constituatur aliquod praedicamentum speciale. Et haec de Antepraedicamentis Artis. 26. maij. — *Entia rationis hent et praedicamenta.*

G. V. N. A. S.